3 Declaratio. l. ſi. ff. de peti. here.

¶ Lex quinta.

**DOmum.** ¶ Malefidei poſſeſſor tenet de fructibus perceptis vel ꝑcipiēdis, ⁊ impenſas neceſſarias officio iudicis recuperat: vtiles vero detrahit. h. d. iſta. l. ſecundum Bartol. vel ſic. Malefidei poſſeſſor tenetur de re ⁊ fructibus perceptis ⁊ percipiendis: ſumptus non imputat niſi neceſſarios, vtiles vero per deductionem retinet. h. d. Jac. butri. id eſt per ſeparationem. Cy. ¶ Or aduertatis. In tex. iubebit. que omnia veniunt in iudicio iudicis. Mar. ſilyll. ¶ In text. impedit. ſ. dicta aduerſaria tua. ¶ In text. non poſſe. ſ. iure petitionis, vel doli exceptione. ¶ In tex. impendunt. ſ. ſuo nomine. nō intēdentes alium obligare, vt ſequitur. ¶ No. quod iſta lex habet duas partes, in prima parte fauet petitori: vt poſſit petere rem cum fructibus ⁊ redditibus perceptis ⁊ percipiendis, ⁊ cum omni cauſa. ⁊ ſub hoc vocabulo comprehenditur, ꝙ ſi res eſt deteriorata, ꝙ hoc damnum reſtituatur. i. damni q̄titas reddatur. In ſecunda parte fauet reo cū quadā diſtinctione: nam ſi expenſe ſunt voluntarie, nihil reus cōſequitur: vt in. ſ. eius autem. primo reſponſo ſm Od. f. Si vero ſunt neceſſarie, habet ius retinēdi rem propter expenſas: implorando officiū iudicis in locū deficiētis exceptionis: vt in ver. niſi
a neceſſarios. Si aūt ſunt vtiles, permittitur ablatio, ſiue exportatio, ſine leſione tamen poſſeſſiōis ⁊ ſtatus rei, vt in. ver. ſin autē. Ubi tamen lex neceſſarias ⁊ vtiles equiparat q̄tū ad officiū iudicis implorādū ꝺ equitate: vt. ff. ꝺ. pe. he. l. plane.
1 ¶ † Modo circa primā partē legis quero duo.
primo. nunquid procedat iſte libellus: dico ꝙ oc
cupaſti talē rem ad me pertinentem, quare peto
me dominū declarari, ⁊ te compelli ad reſtitutio
nem rei cū fructibus: dicit Guil. qꝺ non: naꝫ iſte
b poteſt[b] repelli tanqꝫ generalis ⁊ ineptus: nā ver
bum pertinere eſt obſcurū, niſi adijciatur quo iu
re, vel ex qua cauſa pertinet: vt. ff. de iud. l. ſi quis
intentiōe. Tu dic qꝺ iſte libellus nō eſt ineptus,
licet ſit generalis. vnde poteſt in proceſſu cauſe
declari, ⁊ eſt aliquis: ſed libellus ineptus eſt ipſo
iure nullus: vt. l. i. ſ. j. ſi mē. fal. mo. di. ff. de adul.
l. accuſaturus. ⁊. ſ. de anna. excep. l. fin. vel dic qꝺ
formādo libellum vt dixi, iſte libellus non eſt ge
neralis. ſed ſpecialis: quia concluſio libelli debet
attendi que cōcludit expreſſe ſuper dominio: vn
de licet verbum pertinere, ſit latiſſimum: tamen
declaratur per concluſioneꝫ: nā ſicut cauſa decla
rat cōcluſionē: ita econtra cōcluſio declarat cau
ſam: quia declaratio ſumitur a priori ⁊ poſterio
2 ri: vt. l. ſi ſeruus pluriū. ſ. ſi. de le. j. cū ſi. ¶ † Se
cundo quero. ponam⁹ ꝙ iſta aduerſaria que oc
cupauit dominiū tenuit oſtiū clauſum, ⁊ non ha
bitauit, nec locauit: tamē ſi voluiſſet, ipſa potuiſ
ſet locare. xv. ſed petitor non potuiſſet locare niſi
decem: quia erat dominus in tali contractu, in q̊
plus poterat poſſeſſor quaꝫ petitor, puta inter cō
a ſortes. Modo queritur vtrum habeatur[c] reſpe
ctus quantum percipere potuit poſſeſſor: an vero
q̄tuꝫ percipere potuiſſet petitor: ⁊ videtur quod
habetur reſpectus ad poſſeſſorē: vt hic: quia ver
bum percepit, ⁊ verbuꝫ percipere poterat, referū
tur hic ad poſſeſſorē. ¶ In cōtrarium videtur ꝙ
habetur reſpectus ad potentialitatē, petētis, nō
poſſidentis: vt. ff. e. l. ꝑterea. ⁊. l. ſi nauis. ſ. ſi. ⁊ h̊
tenet Guil. Pe. dicit debet diſtinguí: nā malefi
dei poſſeſſor ante morā tenetur de fructib⁹ per
ceptis, ⁊ quos poterat percipere ipſe poſſeſſor, nam
cū ſtetit per eū, fingitur percepiſſe, ſed poſt morā
tunc non ſolū de his quos ipſe percepit, ſed etiaꝫ
de his quos poterat percipere petitor, ſi forte pe
titor potuiſſet plus percipere, ⁊ eſt ratio, quia ra
tione more fruct⁹ percipiēdi veniūt vt intereſſe
qꝺ nititur ex perſona agentis, ſm Pe. Bart. di
cit qꝺ ſi aliq̄s vult ſe referre ad id qꝺ percipi po
tuiſſet ſingulariter, debet referri ad perſonam pe b
titoris: vt. d. l. ſi nauis. in ſi. Si enim perſona poſ
ſeſſoris potuiſſet plus percipere propter ſingula
ritatem ſue perſone: tunc ad hoc reſtituenduꝫ nō
tenetur ⁊ per hoc reſpondetur ad queſtionem ꝓ c
poſitam: quia illud percepiſſet ex ſua negotiatio
ne magis quam ex re: vt. ff. ad. l. fal. l. ſi heres. Sꝫ
ſi aliquis vult ſe referre ad id qꝺ percipi potuiſ
ſet communiter: tunc ſiue dicas q̄tuꝫ percipi po
tuiſſet per petitorem, ſiue quātum percipi potuiſ
ſet per poſſeſſorem, idem eſt dicere: quia te refers
ad id qꝺ communi eſtimatiōe poteſt percipi. ad
hoc. ſ. de reſcin. ven. l. ij. ſm Bar. Forte dici pōt
qꝺ predo teneatur quanti plurimi percipere po
tuit, ⁊ dolo non percepit. ſiue quis petitor perci
pere potuit. primum probatur per hunc text. ſe
cundum probatur per. d. l. ſi nauis. ita videtur ꝙ
poſſit dici ex coniunctione harum legum. opi. ta
3 men Barto. credo veriorem. ¶ † Uenio ad ver.
eius autem. dicitur hic quod ſumptuum non ha
betur ratio, niſi neceſſarij ſint qui conſeruantur

a ¶ Quid aūt ſi huiuſmodi ꝓpinqui nolint ꝯſentire: an poſſit taliū conſenſus omitti, vel an poſſint ad conſentiendum cogi: an alloqui his non iuſte recuſantibus teneat contractus, ſi quis ineatur, iudice tamen preſente, vide Paul. de ca. in. l. ſi. vnū vir ⁊ vxor. Bal. ipſuꝫ. i. l. quoties. j. ⁊. ij. q. in lec. antiq. ſ. de fideicō. Bart. in. l. ſi cū do tē. ſ. eo aūt tpe. ꝟ. ⁊ ver hoc dicebā. ⁊ ibid. Ang. ⁊ Alex. in penul. col. ff. ſol. ma. Bar. in rubr. ꝺ contrahen. empti. xxiiij. q. Alexan. ꝺ imo. in. d. ſ. eo autē tpe. Abb. in. c. nullus. in. j. no. de iure patro. vbi tamē loquitur de cōtract. matri. Et vide Sali. in. l. dudū. de cōtrahē. emp. Adde etiam, qꝺ ſtatutuꝫ quo cauetur vt qs non poſſit obligari ſine certa ſolennitate, intelligendū eſt, vt nō poſſit cōtrahens in aliuꝫ transferre poſ. vt no. per Ange. ⁊ Alex. in. l. i. ſ. ſi vir. ff. de acq. poſ. vbi etiam hoc ſubdūt. ſecus ſi ſtatutū dicat rem alienari non poſſe: qꝛ tūc poſſeſſio transferri pōt. quod diligenter not. P. D.

b ¶ Nā iſte pot. Vide Spec. in tit. de ca. pe. ſ. notanduꝫ. ver. ali.

c ¶ Utrum habeat ⁊c. An habeat reſpectus q̄tuꝫ percipere potuit poſſeſſor, an petitor, vide que dixi in. c. grauis. de reſti. ſpolia. And. Barb.

in officio iudicis. Quero, quare nõ iure exceptionis doli. vnde reuoco in dubium rationem. lege plane. ff. de pe. here. in qua. l. dicitur qd habet locum officium iudicis in locum deficientis exceptionis. ꝛ ſi opponeretur exceptio doli: opponeretur inepte, vt hic no. Cy. Reſpon. quia dominus agens contra predonem, iuſte agit. ꝛ predo eſt ille qui dolũ committit, vn̄ ſibi nõ poteſt agẽti impingere dolum: tamen quia equuz eſt quod agens non locupletetur: ideo officio iudicis ſuccurritur. non ergo dicet reus excipio, quia dolo facis, niſi refundas expenſas: ſed dicet, domine iſte iuſte petit, tamen quia fecit expenſas neceſſarias ꝛ vtiles, veſtrum imploro officium, vt nõ cogar rem reſtituere, niſi refectis expenſis. ꝛ ex hoc dico qd cum ita non ſit ꝓprie exceptio, qd iſtud officium iudicis poteſt implorari, etiam poſt datum terminum ad excipiendũ.

4 ¶ † Sed hic quero vlterius. quid eſt qd dicitur. ff. de peti. here. l. ſi. vbi dicitur qd pater qui poſſidebat hereditatem pertinentem ad filium emãcipatum pro expenſis factis in filio, habet officiũ iudicis, ꝛ non exceptionem doli? Reſpon. tripliciter. pꝛimo: quia ille expenſe concernebant perſonam, non hereditatem que petebatur: quia non erãt facte in rebus, ſed in perſona filij. Secũdo, quia ibi erat iam lata ſententia contra patrez, vnde poſt ſententiam non habebat locum exceptio: ſed imploratur officium iudicis ex equitate in executione, ſꝫ Bar. Iſtud non eſt verum: quia in petitione hereditatis veniunt perſonales preſtationes, cõtra quas poteſt obijci exceptio compenſationis ſumptuũ etiam poſt ſententiam, vt. l. ſi cum milit. §. j. ff. de compenſ. ꝛ ideo dicas tertio, qd illa lex loquitur ante li. conte. nam pater ibi confitebatur, ꝛ nolebat litem conteſtari. ꝛ ideo non eſt certãdum de exceptione, quia non erat lis conteſt. ſed opponitur officium iudicis in limine iudicij in locũ exceptionis, que nunc proponi nõ poteſt, poſſet tamen proponi poſt lit. conteſt. vnde hec eſt practica illius legis. dicit filius corã iudice. propono qd pater meus poſſidet talem hereditatẽ ad me pertinentem: quare ꝛc. pater comparet corã iudice, ꝛ dicit: verum eſt ꝙ poſſideo talem hereditatem ad iſtum meum filium pertinentem: ꝛ nolo litigare, ſed reſtituere: tamen quia feci ſũptus in ſtudio eius, vel in militia eius, volo tãtuꝫ deducere de fructibus hereditatis, quantũ expendi, ꝛ qd hoc mihi permittatur, ad hoc imploro officium veſtrum. illud pꝛopꝛie non eſt excipere: quia non ſumus pꝛopꝛie in cõtradictorio iudicio, cum pater nolit litem conteſtari, ꝛ ideo quedam ſupplentur ex officio, etiam ſi exceptio non opponatur a reo. ꝛ hoc dicit illa lex.

5 ¶ † Ultimo in materia ſumptuum ꝛ expenſarum diſtingue, vt not. ff. e. l. in fundo. per gl. ꝛ clarius ꝛ plenius hic per Cyn. ꝛ etiam. j. eo. l. ſi quis ſciens. Concluſio hec eſt, qd ante ingreſſuz iudicij ibi exceptio non opponitur, ſed officiũ iudicis imploratur. ſed Bar. intelligit illa in poſt egreſſũ iudicij. Alij intelligunt pendente iudicio. ꝛ eſt ratio illius legis, vt dixi: quia iſta quaſi exceptio non contingit iudicium, ſed perſonã agẽtem, ꝛ magis reſpicit equitatem perſone ꝙ equitatem cauſe.

¶ Lex ſexta.

Si ea pecunia. ¶ Res epta cũ pecunia mea non eſt mea, ꝛ ideo a me vendicari nõ poteſt. h. d. ¶ Oppo. de l. (vt proponis). j. eo. dic vt ibi. ꝛ vide hic. l. quidam. ff. de in rem verſo. ꝛ de priui. credi. l. ſi ventri. §. in bonis. ꝛ hanc legẽ declaraui. ſ. eo. l. mater.

¶ Lex ſeptima.

Partum. ¶ Hoc dicit. Partus ſequitur matrẽ quantum ad ſtatus conditionẽ ꝛ dominium. ſed quantum ad dignitatem ꝛ honorem ſequitur patrẽ: quia ex virili ſexu eos metimur. vide hic. l. ſed addes. §. ſi quis mulierẽ ff. loca. illa lex loquitur reſpectu inſeparabilis ac ceſſionis. ꝛ in alia materia eſt tamen ſ. notabilis.

1 ☞ Procurator militis, vel negotiorum geſtor, ſi de pecunia militis rem comparauit, quid iuris.
2 Quid ſi iſte emptor ſubtraxerit pecuniam militi.
3 Res empta de pecunia pupilli, an efficiatur pupilli.
4 Quid in eccleſia.
5 Quid in vxore.
6 Patruus ꝛ nepos in communi morantur. patruus ex fructibus perceptis emit fundos ſuo nomine, an iſta predia ſint communia.

¶ Lex octaua.

Si vt proponis. ¶ Res empta cum pecunia militis, põt ſpeciali fauore a milite vendicari, poteſt etiam agi ne. geſt. vel mandati, ſi interceſſit mandatum. h. d. Bar. ¶ In tex. prebebit audiendo. ꝛ aduerſariuz condemnãdo.

1 ¶ † No. qd ſi procurator, vel negot. geſt. militis de pecunia militis rem comparauit pro ſe ꝛ ſuo nomine: tamen militi fauore militie compe. vtilis rei vendicatio[a] cõtra hunc emptorem, eundẽꝗ poſſeſſorẽ. ꝛ ſic no. qd pretium rei trahit ad ſe rem fauore militis. Tertio no. qd iſte procurator, vel neg. geſtor põt conuenir ad pecuniam, ſi miles non habet ratum contractũ, eſt ergo in poteſtate militis ratificare, ꝛ vendicare, vel improbare, ꝛ in perſonam agere. ¶ Modo circa hanc legẽ reuoco in dubium, an hec lex habeat locũ in quolibet milite. dicit Guil. qd non, ſed ſolũ in actu militante, cui plurimum debetur fauoris. ar. inſti. de milita. teſt. §. j. cũ enim eſt in domo, vel in patria: imputet ſibi ſi non ꝓuidet ſibi de idoneo procuratore, vel ipſemet nõ cõparuit, ſm Guil. quia qd lex non pꝛobat: nõ credo verũ, ſed ſimpliciter dico hãc legez locũ habere quolibet milite armate militie. ꝛ iſta eſt cõis opi.

2 ¶ † Scdo quero, quid ſi iſte nõ erat ꝓcurator[b], nec neg. ge. militis, ſed
b ſubtraxerat forte pecuniam militi, vel habebat eaz in depoſito? Rñdet Guil. qd non hꝫ locum hec lex: nam vt patet ex conſenſu huius legis, loquitur hec lex in re empta per adminiſtratorem: ergo ſecus eſt in eo qui nõ eſt adminiſtrator negotiorũ militis. cũ enim hec lex ſit cõtra ius cõe eã nõ debemus extẽdere, ſed ſtare regule: vt. ſ. e. l. ſi ea pecunia. ſꝫ Guil.

3 ¶ † Tertio quero. quid in pupillo. nũquid res empta de pecunia pupilli efficitur pupilli, licet emẽs emerit nomine ꝓpꝛio? dicit gl. ꝙ ſic. ꝛ idem in quolibet minore: vt. j. arbi. tu. l. curator. ꝛ. ff. qñ ex facto tu. l. ij. ¶ Idẽ dico in furioſo, ꝛ ꝓdigo, cui bonis eſt interdictum, ꝛ in omnibus qui ſub cura ſunt: vt no. j. de cura. fur. l. ij. ¶ Aduertatis, ſꝫ glo. hic ſimpliciter loquatur: tamen tu diſtingue in adulto, ꝛ pupillo, ꝛ ſimilibus, qd aut res eſt empta per adminiſtratorẽ ipſorum, aut per extraneum. pꝛimo caſu acquiritur minoribus. ꝛ ſic vtile dominiũ. ꝛ ita loquũtur leges allegate que loquũtur in adminiſtratore. Scdo caſu nõ acquiritur vtile dominium: ſꝫ res empta ꝓ pecunia pupilli eſt ei ꝓ ipſa pecunia tacite obligata obligatione inducta ꝑ legẽ, vt in. l. iij. in prin. ff. de re. eo. que lex eſt ad hoc multũ no. dicit Bar. ꝙ qñ emit ab extraneo, põt in ſubſidiũ res vendicari: vt. ff. de ſo. l. filie. ꝛ ibi tãgit ꝑ gl. ꝛ clari[us] ꝑ Ja. de are. in. d. l. ij. qñ ex facto tu. ¶ Cõſiderandũ eſt ergo ꝙ qñ quis emit rẽ, ꝛ per traditionem accipit nomine pupilli: ꝛ tũc ratihabitio ꝛ heredis ſui facit euz dñm: ꝛ põt vendicari a quolibet poſſidẽte, ſicut ſi pꝛincipio emptor habuiſſet mãdatuz: vt plene leg. ꝛ no. ff. de ne. geſt. l. ſi ego. ꝛ in hoc nullus eſt fauor minoris, ſꝫ ius cõe. quãꝗ quis emit nomine ſuo ꝓpꝛio: ꝛ tunc aut erat tutor, vel curator minoris, ꝛ emit de pecunia minoris, ꝛ res ſtatim efficitur minoris officij neceſſitate, ꝛ pecunie pꝛopꝛietate ſimul cooperantibus. l. ij. ff. qñ ex facto. ꝛ ita intelligit gl. iſtius leg. ſm Ja. de are. aut nõ erat tutor, vel curator minoris, ſꝫ extrane[us]: quia nõ repreſentabat ipſum minorẽ: ꝛ tũc res non efficit minoris, niſi in ſubſidiũ, ſi emptor nõ eſt ſoluẽdo, ꝛ ſic nõ hꝫ vn̄ pecuniã reſtituat minori. ff. de ſol. l. filie. ſꝫ Th. de for. quẽ Bar. hic refert ꝛ ſic in ſubſidiũ res empta ſuccedit loco pecunie, ꝛ querit dñium ipſo iure minori ſpeciali fauore, ꝛ non iure cõi, ꝛ non ſemper: ſꝫ demũ his tribus ꝯcurrentibus. ſ. ꝙ minor, de pecunia ſua, ꝛ ꝙ in ſubſidiũ legis vꝫ. non obſtat qd. l. filie. nõ dicit hoc: quia in. l. filie. nõ erat res ẽpta de pecunia minoris ſꝫ erat res minoris vendita ꝑ matrẽ mediãtib[us] argentarijs, ꝛ mater erat ſtipulata pꝛetiũ, vel ipſius argẽtarij q mandato matris vẽdiderunt, ꝛ querebatur ibi an argentarij ſoluẽtes matri liberent. dicit Sceuola ꝙ ſic. Claudius dicit ꝙ ſi mater nõ eſt ſoluẽdo, ꝙ nõ ſunt liberati: quia vtilis actio in ſubſidiũ competit minori cõtra argentarios. ibi ergo nõ diſponit illa lex de dñio: ſꝫ de obligatione ꝑticulari. pꝛeterea cõfirmo: quia ex quo empta eſt tacite obligata pupillo. ergo pupillus non eſt ei[us] dñs: vt. l. nec pignus. de reg. iur. Itẽ nec põt dici ꝙ in ſubſidium vendicet: quia ex quo hꝫ hypothecariam, tut[us] ẽ.

4 ¶ † Quarto quero[c], quid in eccleſia[d]. Rñ. idez quod
c qui emit per adminiſtratorẽ: ꝛ acquirit eccleſie dñium. vt hic. ꝛ. ff. de do
d na. inter vir. ꝛ vxo. l. vxor marito. Idem ſi prelatus emit per interpoſitã perſonã: vt. ff. de ma. l. iiij. §. ſi ab ignoto. facit qd not. xij. q. ij. c. apꝰicos. ꝛ eadẽ cã. q. iij. c. j. ꝛ vtrobiꝗ no. Aut emit ab extraneo, q non gerit negotia eccleſie, nec adminiſtrationẽ eccleſie: ꝛ tũc dico ꝙ res nõ efficitur eccleſie: ſed eidem eſt forte tacite obligata pro pꝛetio: vt. d. l. iij. in pꝛinc. ff. de re. eorum. que. l. eſt valde no.

5 ¶ † Quinto quero. quid in vxore emẽte de pecunia viri contractu celebrato cum vxore, non cum viro, ita ꝙ nomen vxoris eſt appoſitum in inſtrumento veraciter, nõ ſimulate nũquid vir in ſubſidiũ põt iſtam rem vẽdicare? gl. dicit hic ꝙ ſic: quia in ſubſidium inter virum

a ¶ Utilis rei vẽdicatio. Uide Bald. ſ. l. ſi patruus. j. cõmu. vtriuſꝗ iur. et quid ſi alter fratrũ lucratur ex pecunia communi, vide in Spe. de iudi. §. ſequitur. verſic. quid ſi alter.

b ¶ Procurator. Iſtis omnib[us]. add. gl. ꝛ ibi Bal. in. l. j. j. ſi qs alte. vel ſibi.

c ¶ Quarto quero. Nota de pꝛelato ẽmẽte per interpoſitam perſonam. vide Bald. in. l. mancipia. j. ſi quis alte. vel ſibi. tex. in. c. in quirendũ. de pecu. cleri. And. Barb.

d ¶ Eccleſia. Uide Bal. in. l. mãcipia. j. ſi quis alt. vel ſibi.

viri ⁊ vxorez ſuccedit res ī loco ptiū. alleg. d. l. vxoꝛ marito. ſed in. l. j. ī. ſi
8 q̄ alteri vel ſibi. glo. dicit ꝙ ſpeciale ē in re empta ex pecunia dotali, vel donata ꝙ in ſubſidium pretium trahat ad ſe rei dominium: vnde extra iſtos duos caſus maritus nō habet rei vendi. ſed ſolā perſonalē actionē ad pretiū cōtra vxorē: ⁊ hoc videtur rationabile: nam cū vxoꝛ nō ſit adminiſtratrix negotiorū viri, nō debet plus iuris habere vir ꝙ in caſibus ſuperioribꝰ habeat minoꝛ, vel eccleſia. Aliū dicūt indiſtincte ꝙ in ſubſidiū cōceditur vēdicatio rei. ſed precedēs opi. verioꝛ eſt: vnde in pecunia dotali eſt ſpeciale fauoꝛe dotis. ſecus ſi pecunia nō eſſet dotalis: vt. ff. de iure do. l. proculꝰ. Itē in pecunia donata eſt ſpeciale: qꝛ tenet vxoꝛ. quatenus locupletioꝛ eſt: ⁊ ideo dominiū ſuccedit loco pecunie: qꝛ in dominio rei empte reperitur locupletioꝛ. Iſta eſt ratio quā iuriſcōſultus ponit in. d. l. vxoꝛ marito.
6 ¶ † Sexto quero: patruus ⁊ nepos ſtāt ſimul, ⁊ fructus ſimul percipiūt de cōi. iſte patruus magis ſagax vēdidit fructꝰ ⁊ emit inde predia, ſuo nomine, modo querit vtrū iſta predia ſint cōia, vel cōmunicanda. dicit Rich. malum. ꝙ nō: vt. j. cōia vtriuſq; in. l. ſi patruus. ⁊. ſ. eo. l. ſi ea pecunia. Nō ob. gl. hic poſita: qꝛ hec res non eſt empta de pecunia minoꝛis: ſed ex pecunia redacta ex re minoꝛis: que pecunia erat effecta ipſius patrui. cui erat tradita. iſte eſt caſus. ff. de adminiſtut. l. titiū ⁊ meuiū. §. altero. Iſta vera ſunt niſi inter eos ſit cōtracta ſocietas: que non ſolū ex verbis apparet, ſed etiā ex factis preſumitur: qꝛ tanquā ſocii cōmuniter agebāt ⁊ contrahebāt. Nam per factū declaratur conſenſus: vt. l. quibus. ff. de legi. ⁊ iſta ſocietas preſumptiua videtur. contracta pro equis partibus: vt. l. ſi nō fuerint. ff. pro ſocio. ⁊ hoc de iure romano, ſecus de iure lōgobardo. Nam ſi duo fratres, vel patruus ⁊ nepos ſimul exiſtūt, ⁊ vnus emat fundū: tenet cōicare: vt in longobarda de ſucceſſ. l. ſi fratres. qꝛ preſumitur emptū de cōmunibus rebus. ar. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. l. quintus. ⁊. C. eo. l. etiā. ſʒ Ray. quiꝯ ita not. ff. pro ſocio. l. cū duobus. §. fratres. ⁊ vide ibi Cy. in additio. ⁊ in. x. col. de duobus fratribus de nouo benefi. inueſti. c. j.

1 ☞ Res dotalis eſt in domin o mariti.
2 Maritus egit rei vendicatione p re dotali, ⁊ ſuccubuit: an vxoꝛ ſoluto matrimonio poſſit agere non obſtante ſibi excep. rei iudicate.

¶ Lex nona.

**Doce ancilam.** ¶ Conteſtante matrimonio vxoꝛ rem dotalem vendicare nō poteſt: ⁊ ſi egit. ⁊ ſuccubuit, nō preiudicat marito probāti rē eſſe dotalē. h. d. vel ſic. Res dotalis eſt in dominio ma-
1 riti, nō mulieris. h. d. Iac. bu. ¶ † No. quod dixi in ſummario, ꝙ res dotalis eſt in dominio mariti, ⁊ ratio eſt: qꝛ titulus dotis eſt efficax titulus ad dominium transferendū. Itē eſt ratio, ex qua cauſa pcedit vſucapio ex eadē cauſa pcedit dominiū, ſi res tradit a dn̄o: ergo ⁊c. vt. ff. de vſur. pro dote. l. j. ſed ⁊ Bart. dicit ꝙ res dotalis quo ad vtilitatē erat viri: ſed quo ad proprietatē erat mulieris. qꝛ eſt eius patrimoniū: vt. j. de iur. do. l. in rebus. ⁊. ff. de mino. l. deniq;. §. ſed vtrum. prima opin. verioꝛ eſt: ⁊ eſt
b caſus huius legis. Et ideo ſi maritus b de facto vendit rez dotalē: mulier cōſtante matrimonio nō poteſt rem vendicare, vnde pone exemplū in hac. l. vir de facto vēdidit rem dotalem: vxoꝛ agit rei ven. contra poſſeſſorem: poſſeſſoꝛ denūtiat marito venditori quod eum defendat: maritus ſubiit iſtud iudicium: certe modus defenſiōis erit, ꝙ maritus pbet rem dotalē: nam per hoc excluditur vxoꝛ a rei vēdicatione. ¶ Sed contra iſtud opp. ⁊ videtur qꝺ cōſtante matrimonio vxoꝛ non poſſit vendicare dotez: vt. j. de iure do. l. vbi adhuc. Sol. dicit gl. ibi ſpeciale: qꝛ maritus vergit ad inopiā, vel ibi non agitur rei vendicatione, ſed hypothecaria. Iſtam ſecundaz ſolutionē tenet Iac. butr. Bar. dicit ꝙ iſta eſt ſatis bona ſolutio. Sed in. l. ſi cōſtante. ff. ſo. mat. idem Bar. in. j. q. ij. queſtionis principalis, determinat ꝙ marito vergente ad inopiam cōpetit vxori rei vendicatio, qꝺ verius credo: qꝛ cum rei vēdicatio ſit actio principalis, facilius debet cōpetere ꝙ hypothecaria, que eſt acceſſoria: ⁊ preſuppoit alterius actionis natiuitatē: vt. l. j. j. cōmu. de le. Tamen aduerte
c informatione libelli: qꝛ nō debebit vxoꝛ ſimpliciter dicere ſe dominaz c: ſed debet agere adiecta qualitate rei dotalis: vt appareat quod intentat rei vendicationē vtilem ⁊ datiuā, non autē rei vendicationem directam, pro qua ſupponit verbū dominij ſimpliciter prolatū: vt. ff. ſi ager vectig.
2 l. j. §. qui in perpetuum. ¶ † Quero iuxta hanc. l. maritus egit rei vendicatione pro re dotali, ⁊ ſuccubuit. ſoluto matri. vxoꝛ denuo agit contra eundez poſſeſſorem. queritur nūquid obſtet ſibi exceptio rei iudicate: ⁊ videtur ꝙ ſic: quia ſententia lata cum marito, videtur lata cū procuratore in rem ſuā. ergo obſtat domino: vt. ff. de excep. rei iu. l. ſi mater. §. hoc iure. Pe. dicit cōtrarium per. l. ff. de cōdi. ⁊ demō. l. titio centū. §. vlt. circa fi. veritas eſt quod obſtat exceptio mulieri ex ſententia cōtra maritū lata, niſi maritus vitio ſuo ſuccubuerit, ⁊ nō ſit ſoluendo: vt ibi dicitur. ad
d quod facit. ff. de dolo. l. eleganter. §. pen. ⁊. ff. de do. preleg. l. pater. in fin. ſecundum Cy. Idē tenet hic Guil. d alle. ff. ſo. matr. l. meuia. in prin. ⁊. ff. de euic. l. ſi pro re pupilli. §. j. Nō obſt. ꝙ maritus nō pōt alienare: qꝛ hec alienatio nō ſit per eum, ſed per pretorē: vt in. l. iij. §. j. ff. de re. co. Itez nō ob. ff. de pig. l. lex vectigali. verū eſt quod id quod eſt factum medio tempore, non obſtat ei qui habet originem vetuſtioris dominij: quia ibi loquitur in alienatione iudiciali, ⁊ neceſſaria. poteſt etiam dici quod emphyteota habet tantū
a ſui iuris exercitium, nō autem poteſt preiudicare proprietati. Sed vir habet pleniꝰ exercitium: qꝛ habet plenū dominium: ſed quero qꝺ dicā an
b vir culpa ſua perdiderit cauſam: Reſpon. ſi habebat probationes, ⁊ non produxit: vt. ff. de edē. l. argentarius. §. cum autem. ſi autē dolo aduerſarij, vel caſu, probationes ſunt ſibi ſubſtracte: non dicitur culpa ſua cadere a cauſa: vt extra de
c cau. poſ. c. paſtoralis. §. ſi. p opi. Pet. facit: quia ſiue iſta res dicatur hypothecata mulieri: ſiue in eius vtili vel ficto dominio: nō videretur ſētētia mulieri preiudicare: vt. ff. de pig. l. ſi ſuperatus.

¶ Lex decima.

**Cum ſuper.** Dominium poteſt probari per teſtes, vel per inſtrumenta: ⁊ interdū adhibētur tormēta. h. d. Itē
1 pbat per indicia: vt. l. indicia. j. eo. ¶ † Not. ꝙ interdum durum eſt probare de titulo per inſtrumenta: ⁊ tunc certe ſufficit probatio per teſtes, ⁊ argumenta. Certe iſta. l. optime facit ad queſtio
e nem e nobiliū, qui pretendūt antiquiſſimum ius patronatus: ⁊ nō poſſunt vllo modo pbare quomodo deſcenderint per matrimonia ſucceſſiua, ⁊ per legitimam conſequentiam. ſufficit namq; ꝙ antiqua facta probentur per indicia, ⁊ per famā: vt hic, ⁊ in. l. indicia. j. eo. ⁊ no. per Inno. extra de verbo. ſign. c. venientes. multum enim ad probandum ius patronatus valet antiquiſſima poſſeſſio, que habetur pro ti. vt. ff. de aqua quoti. l. hoc
2 iure. §. ductus aque. ¶ † Quero hic: vtrum credatur ſeruo. Reſpon. dic ꝙ non, niſi precedentibus indiciis: vt. ff. de edi. edic. l. quero. in ſi. ⁊. ff. de proba. l. cum probatio.

1 ☞ Poſſidens rem meam, ⁊ labore ſuo colēs, an poſſit retinere medietatem fructuū pro ſuis laboribus.
2 Quid ſi retentionem omiſit ſua ſimplicitate.

¶ Lex vndecima.

**Si quis ſciēs.** ¶ Quicquid plātatur, ſeritur, vel edificatur, totū ſolo cedit: ⁊ radices ſi tamē egit, hoc intendit. vel ſic. Eius ſunt reditus, cuius eſt proprietas. h. d. hec lex loquitur in reditu coherenti ſolo: ſed in redditu ſeparato a ſolo, dicut not. ff. eo-
1 dem. l. fructus. ¶ † Quero: hic: quidam poſſidet rem meam mala fide. is proprijs manibus ⁊ propria opera coluit agrum. repeto ab eo fundum. ipſe dicit quod vult dimidiam fructuū tanquā laboratoꝛ pro operibus ſuis: queritur quid iuris: ⁊ videtur quod hoc non poſſit dicere: quia male fidei poſſeſſor indiſtincte non conſeruat ſibi aliquos fructus: vt. l. adeo. in fin. ff. de acquiren. rerum domi. facit eodem titu. l. quicquid. §. cum partes. In contrarium videtur: quia pretiū opere connumeratur loco impenſe: ſed omnis male fidei poſſeſſor deducit impenſam factam cauſa fructuum percipiendorum: vt. ff. famil. erciſcun. l. fundum. ff. de petitio. heredita. l. ſi a patre. §. ſina. p prima parte facit: quia donaſſe videt quod
f impendit: ſecunda tamen pars videtur verioꝛ f: non dico quod admittatur vt colonus partiarius: vt ipſe petit: ſed quod poſſit ex fructibus tantū deducere, quantum ſit pretium operarum, id eſt impenſa, per dictam. l. fundum. ſic igitur iſta opera non erit gratuita. de pretio tamen operarum non habemus legem expreſſam: quod recoꝛder.
2 ¶ † Quero hic: ſi ille q poterat retinere impēſaz factam propter fructus ſua ſimplicitate retentionem omiſit: vtrum habebit aliquod remedium: dicit Dyn. quod ſic: quia poterit condicere poſſeſſionem propter retentionē: vt. ff. de leg. j. l. qꝺ ſi nullis. hoc tenet gloſ. ff. de condictio. indebi. l. qui

a ¶ Speciale eſt. adde Bal. in. l. ex pecunie. j. de iur. dot. ⁊ Bart. hic.
b ¶ Si maritꝰ. Idē dicit Bal. in. l. ſi pdium. in. j. q. j. de iure dot.
c ¶ Dominā. Adde Bal. in. l. vbi adhuc. in. j. col. ij. de iure do. ⁊ facit qꝺ no. Bar. in. l. j. §. j. de vſufru. ⁊ vide doc. in. l. de dic. §. ij. ff. qui ſatiſ. cog. ⁊ p Cy. hic.
d ¶ Guil. Adde qꝺ idē tenet i. l. de dic. §. quidā. ff. qui ſatiſ. cog. ⁊ Bal. hic in fi. ⁊ idē tʒ Ray. hic. ſed magis placet opi. Bart. in. d. §. quidā. ad. l. titio centum. reſpōde vt ibi p Ray. ⁊ Imo. ⁊ per Cy. hic. ad. §. quidā. ſn̄deo, ꝙ ibi mulier ſciuit: qꝛ ſidejuſſit ī cauſa, ad l. ſi p re. §. j. dic ꝙ ibi mulier ſciuit p denuntiationez: vt ibi in glo. ad. l. meuia. rn̄de, qꝺ ibi etiā fuit denuntiatū patri: vt ibi dr. Pau. de ca. vnde ibi dolus. ⁊ ſcientia patris nocet filie: vt ibi in gl. fi. ⁊ dixi in repe. mea. in. l. ſepe. ſuper glo. in ver. de proprietate. in fi. ff. de re iudic.
e ¶ Ad queſtionez. Vide Cy. in. l. cum res. in fi. j. de pbat. ⁊ Bal. in aut. quas actiones. in fi. ſ. de ſacr. ſan. eccl. vbi ſ iure patronatꝰ ⁊c.
f ¶ Videtur verioꝛ. Sequitur Paul. de ca. in. l. diuoꝛtio §. impendi. ff. ſolut. matri. ⁊ ibi dicit ꝙ iſta deductio expēſarū ⁊ operarū habet locum etiam ſi fructus ſint adhuc pendentes.

a ¶ Quã dicatur fides. Uide Bar. in d. l. ſi quaſi.
b ☞ Quod fidem de pretio nõ haberẽt. Adde dñio ꝺ hoc Lud. rom. ſig. ſuo dc.xv. inci. ꝯſtituo procuratorẽ meuꝫ ad vendendũ. ꝛ qꝺ ibi no. in apoſt.
c ¶ Ualere. Uide Bal. in. l. cũ vẽdente. ꝑ illũ tex. cũ gl. ſ. vbi cau. fiſca.
d ☞ Et ex hoc habes arg. Adde qꝺ iſtud dictum Bal. hic refert ꝛ multũ illud extollẽdo ſequitur Alexand. in. l. quoties. ſ. de iudi. ꝛ ibi. d. meꝰ. d. Ja. may. poſt prin. ꝛ in l. nulli. eo tit. ꝛ do. Feli. in. c. j. co. ij. v. vj. quero aliqs dicturus inſtrumentũ ſimulatũ, extra ꝺ iureiur. ꝛ l. c. ij. co. añpe. v. ꝛ ꝑ iſtã cõcluſionẽ. ex de ſpõ. ꝛ in. c. patrochianos. ad fi. extra de ſẽt exc. ꝛ meliꝰ. l. c. cũ ſit gñale. col. v. v. ãplia cõcluſionẽ ex q̃tidiana doctrina Bal. extra ꝺ fo. cõpe. vbi dr idẽ tenere do. Bap. ꝺ ſctõ ſeue. in ſua repe. l. oẽs populi. col. in. xiij. v. hec vñr vera. ff. de iu. ꝛ iur. Cuius tñ ꝯriuꝫ tenuit Pau. de ca. ſi bi ſtr. ſ. dicens ꝙ l. l. q̃ ſe fundat bal. nõ ꝓbat dictã ſuã. quã tñ opin. tenuit ipſe in. l. ij. j. vbi et apud quẽ. dicens ꝺ eſſe ſi. dictuꝫ ſup q̃ illo anno habuit diſceptare. ꝛ i ſuo ꝯñ. lxviij. incip. viſis ꝛ ponderatis. Celſ.
e ¶ Abſolutionem. Uide qꝺ no. Ant. de but. in. c. cum ſit extra de fo. compe.
f ¶ Iudex. Adde Pau. de ca. in cõſ. vij. incip. in xpi noie. Uiſis ꝛ põderatis omnibus de quibus. ſ. videndũ eſt ante omnia ꝛc. vbi allegat ꝑ hoc l. minor. xxv. annis in fin. princip. ff. de euict. ꝛ l. cum vendẽte. ſ. vbi cau. fiſ. cũ ibi no. per Bal. poſt Jacobum butriga. ꝛ ibi limitãt hoc eſſe verum. niſi per partes eſſet remiſſum ꝛ relaxa

exceptionẽ. ſ. pe. De. tenet cõtra per. l. ſi in area. ff. de cõ. in. inde. ꝛ hoc verius. Nõ ob. l. qꝺ ſi nulla. q2 ibi impẽdendo in re quam ſciebat ſubiectam reſtitutioni. videtur habuiſſe animũ alium obligandi, hic nõ vt. ff. cõmuni diui. l. in hoc iudicio. ſecundum Cy. Sed certe ille qui eſt predo ſcit ſe teneri ad reſtituendum: ꝛ ideo non eſt veriſimile quod velit donare. ar. ff. de pig. actio. l. eleganter. ſ. qui reprobos. Bald.

1 ☞ Fides nõ habita de pretio quando dicatur.
2 Procurator generalis an poſſit transferre dominium habita fide de pretio. 3.
4 Executor ad pias cauſas percepit fere totũ pretium. ꝛ de aliqua modica particula pretij habet fidem: an transferat dominium.

¶ Lex duodecima.

Ac ciuile. ¶ Licet non ſoluatur pretiũ, res vendita ꝛ tradita vẽdicari vel condici nõ põt. h. d. vel ſic. In cõtractibus nominatis licet altera pars nõ obſeruet qꝺ debet: nõ habet locũ penitẽtia. h. d. unde in cõtractibus nominatis illa regula, nõ ſeruãti fidẽ fides nõ ſeruatur eidẽ: vt. ff. de act. ẽpt. l. iulianus. ſ. offerri. ff. loca. l. quero. ſ. inter locatorẽ. ꝛ ff. ꝺ reſcin vẽ. l. ſi. ff. pro ſocio. l. ſi cõuenit. habet locũ ante execu-
1 tionẽ, nõ poſt: vt hic. ¶ † Quero, qñ dicaẽ fides[a]
a nõ habita de pretio. Reſpõ. qñ agebaẽ inter contrahentes vt ſtatim pretiũ ſolueretur: q2 nõ cõfidebat vnus de altero. ff. de pig. ãct. l. ſi quaſi. ꝛ ff. de ſolu. l. ſi ſoluturus. ¶ Sed quid ſi venditor dixit ꝯfido de te vſq; ad. x. dies. abinde in antea nõ habeo tibi fidẽ de pretio: vtrũ reuertaẽ dominiũ ad venditorẽ: dic ꝙ nõ ſm gl. quã bene no. q2 nõ interuenit actus retro ſimilis. i. retraditio: vt. ff. ꝺ
2 pac. l. emptione. ¶ † Tertio q̃ritur: vtrũ procurator generalis poſſit trãſferre dominiũ habita fide de pretio: doc. ꝙ ſic. Unde ſi iſti factores mercatorũ vendũt mercantiã ad terminũ. ꝛ tradũt: trãſferunt dominiũ in emptorẽ, niſi eis eſſet expſ
b ſe prohibitũ ꝙ fidẽ de pretio non haberent[b]: ſed preſenti pecunia vẽderẽt: vt. ff. de inſti. l. quicũq;. ſ. ſi ei. niſi doloſe in hoc verſentur: vt q2 vendunt alicui receſſuro, vel ſuſpecto de fuga, vel cui diligẽs paterfa. non vẽderet niſi preſenti pecunia: vt ff. mã. l. creditor. in ſi. Specialis autẽ procurator ad vendendũ cõſtitutus nõ põt habere fidem de pretio: vt. ff. de re iu. l. a diuo pio. ſ. ſi poſt. cũ. gl. ſua. i. ſi vendit, ꝛ tradit, habita fide de pretio, non trãſfert dominiũ: ſed tũc demũ dominiũ transfertur cũ pretiũ ſolueret, nõ dico ꝙ cõtractꝰ ſit nullus, imo eſt aliquis: tñ traditio nõ trãſfert dñiuꝫ, niſi pretio re ipſa ſoluto. ꝛ idẽ dico in venditione que ſit ꝑ cõmiſſarios vltimarũ volũtatũ deputatos ad vendendũ. ꝙ nõ poſſint habere gratuitaꝫ
3 fidẽ de pretio. ¶ † Idẽ de ꝑcuratore ſiſci, ꝛ eccleſie: vt. ff. de iure ſiſ. l. ſi ꝑcurator. Bar. dicit ꝙ aut ꝑcurator perſone nõ priuilegiate hꝫ mandatum ad vendendũ certo pretio, ꝛ nõ põt ſtatuere terminũ ad ſoluẽduꝫ: q2 rõne tẽporis videẽ minoris vẽdere q̃ hꝫ in mãdatis: vt. ff. ad. l. fal. l. j. l. falcidia. nõ habeẽ pro puro, ꝛ. l. qꝺ in diẽ. in ſi. de l diẽ adie. ꝛ ar. ſo. ma. l. ſi cõſtante. ſ. quoties, ſi aũt nõ eſt ꝓtiũ limitatuꝫ: tũc refert, aut erat limitata cã q̃ ex pretio erat de preſenti implẽda: ꝛ tũc nõ põt habere fidẽ de pretio: vt. d. l. a diuo pio. ſ. ſꝫ ſi emptor. ꝛ ibi per Bar. aut nõ erat adiecta cã: ꝛ tunc põt habere fidẽ de pretio, dũmodo faciat bona fide: puta vt rem carius vẽdat pro vtilitate dñi: vt idẽ opereẽ ſpeciale mandatũ in ſpecie, qꝺ operaẽ generale i genere: vt. d. ſ. ſi ei. fallit in ꝑcuratore ſiſc, ꝛ eccleſie, ꝛ in executore ad pias cãs: q2 executio pie cãe nõ recipit morã ſꝫ Bar. ibidẽ. Nõ ob. de ver. obl. q rome. ſ. callimachus. q2 ibi nũtius habebat mãdatũ limitatũ ad certũ terminũ, vñ
4 nõ põt terminuꝫ prorogare: ꝛ ſic nõ ob. ¶ † Sed pone ꝙ executor ad pias cauſas percepit fere totum pretium, ꝛ de aliqua modica particula pretij habet fidem: nunquid trãſfert dominiũ: ar. ꝙ nõ, etiã ſi vnus nũmus deſijt: vt. j. de diſtrac. pi.

l. quãdiu. ar. ꝯtra ꝙ de iſto nũmo nõ ſit curandum: vt. ff. de in inte. reſti. l. ſcio. ꝛ l. quãuis. de condi. ꝛ demõ. prima pars eſt verior: q2 in hoc non vr habere mãdatũ: vt trãſferret dominiũ, niſi reciperet integrũ pretiũ. Ego
c dixi contractũ valere[c], ꝛ dico verũ: alꝰ ſequereẽ ꝙ ex cõtractu iſtorũ nũquã poſſet agi ad pretiũ: ſed ſemꝑ deberet cõtractus incipere a pcedenti pretij ſolutione: qꝺ eſt falſum. facit. ff. de act. emp. l. iulianus. ſ. ſi quis colludẽre. cũ ſi. ergo iſta materia intelligẽda eſt reſpectu dñij, nõ reſpectu perſonalis obligationis ad rẽ ꝛ pretiũ, niſi forma mãdati expreſſe repugnaret: vt. d. ſ. ſi ei. Uel dic verius, ꝙ etiã in cõtractu adhibẽda eſt diſtinctio de predictis, qui nõ poſſunt habere fidẽ de pretio: nã aut pretiũ promittitur ſimpliciter ꝛ pure, ꝛ valet cõtractus: licet tunc nõ ſoluãt pretiũ. Aut promittiẽ in diẽ: ꝛ tũc non tenet cõtractus: q2 licet nõ recedatur expreſſe a forma mãdati: receditur tñ a forma iuris, que ineſt ipſi mãdato: vt. d. l. ſi ꝑcurator cũ ſi. ꝛ ita intelligo iſtã materiã. Cõcludo ergo ꝙ aut loquiẽ de dñij trãſlatione, ꝛ nõ trãſfertur, aut de eſſentia cõtractus: ꝛ tũc aut hꝫ debitã formã: q2 promittitur pure, ꝛ valet ꝯtractus: ꝛ hincinde oriẽ obligatio. Aut nõ habet debitã formã: q2 res promittitur pure, ſed pretium promittitur poſt diem: ꝛ tunc valet contractus: ꝛ ita teneatis.

1 ☞ Iudicia tria adinuicem ordinata, qualia ſint, cum imminet rei vendicatio.
2 Iudex cognoſcens de iudicio preparante debet cognoſcere de iudicio preparato. vide oppo. nu. 3. 4. ꝛ. 5.
6 Iudicium familie erciſcunde, ꝛ communꝰ diuidundo, eſt iudicium petitorium: tamen ſi poſſideo tecum rem aliquam pro indiuiſo, ꝛ me turbas, ego poſſum petere diuidi, 7.
8 Cumulatio vbi non procedit, ſi reus patitur procedi, an teneat proceſſus vide queſtionem no. nu. 9.
10 Interdictũ retinẽde poſſeſſionis proponitur modo vtraq; pars probat de poſſeſſione, qualiter ordinabitur petitorium. 11.
12 Interdictũ vti poſſidetis propono cõtra te, tu contradicis in iudicio, an videaris me turbare, ita ꝙ non ſit opus aliter probare de turbatione.
13 Rei vendicatio, ꝛ reconuentio de poſſeſſorio, an poſſint ſimul tractari, vide. q. no. nu. 14.
15 Statutum dicit quod non probant accuſationem, puniatur in centum, aliquis in eodem libello accuſauit plures, non probauit, an debeat pati plures penas.

¶ Lex decimatertia.

Ordinarij iuris. Poſſeſſorium debet prius terminari per ſententiam q̃ petitorium. h. d. ¶ Caſus. Tu tenebas mancipia mea incluſa ꝛ intendo cõtra te agere poſſeſſorio ꝛ petitorio: queriẽ quis erit ordo. Reſpõdetur ꝙ primo mãcipia, cum ſint res mobiles, debent exhiberi. Secundo poſſeſſorium proponi, ꝛ decidi. Tertio ſi expedit, deuenitur ad petitoriũ. h. d. vel ſic. Tu mancipia mea detines: volo te conuenire actione ad exhibendum: q2 incluſa tenes, vt exhibeas, vel poſſeſſorio iudicio, vel volo illa mãcipia vendicare: queritur quo ordine ſit procedendum: Reſpõdetur ꝙ hic eſt ordo iuris: vt ſi mãcipia tenes incluſa, exhibeas: mãcipijs his exhibitis debeo mouere poſſeſſoriũ iudiciũ, ꝛ primo agitari, ꝛ finiri debet. ꝛ eo agitato, ꝛ finito, mouebo petitorium iudicium, ſeu rei vendicationem coram eodem iudice, ne cauſe continentia diuidatur. hoc d. Odof. ꝛ iſte caſus eſt magis clarus, licet in effectu
1 idem ſit. ¶ † Primo not. hic tria iudicia adinuicem ordinata. Primo intentatur actio ad exhibendum: nam exhibitio prius ſit vt procedatur ſuper certa re, ꝛ non poſſit poſtea occultari: vt in. l. ſecunda. j. quando quarta pars debet lib. x. ꝛ argumen. ff. de publicanis. l. cuꝫ ſi exhibuiſſet. Secundo intentatur poſſeſſorium, ratio, quia exitus controuerſie poſſeſſorij declarat quis debet eſſe actor, ꝛ quis reus in petitorio: vt. ff. de aquiren. poſſ. l. exitus controuerſie. ꝛ inſtit. de interdi. ſ. commodum. ꝛ ff. de libe. cauſa. l. liberis. ſ. ſi quis ex ſeruitute. Tertium eſt iudicium proprietatis quod abſorbet victoriam poſſeſſorij iudicij et ideo ſemꝑ proprietas preualet: vt extra de cauſa poſ. ꝛ proprie. capitu. cuꝫ dilectus niſi ſit talis res ꝛ tale poſſeſſorium quod proprietarius perdat ius proprietatis: vt. j. vnde vi. l. ſi quis in tantam, ꝛ no. j. ſi de moment. poſ. l. j.
2 ¶ † Secundo not. quod iudex qui cognoſcit de iudicijs preparantibus, debet cognoſcere de iudicio preparato, ſeu ſubordinato, ne iudiciorum contiguitas ſeu connexitas diuidatur: vt hic. ꝛ ſupra de iudicijs. l. nulli. quia in ciuili ꝛ criminali hoc eſt, quod cauſe continentia non debet diuidi: vt. j. de accuſ. l. qui de crimine. ¶ Et ex hoc habes argumen.[d] quod ſi quis dicturus contractum ſimulatum, vel vſurarium, petit abſolu
e tionem[e] iuramenti coram epiſcopo, ꝛ abſolutus eſt acturus, poſtea de ſimulatione vel vſuris, quod de hoc non poſſit poſtea agere in alia curia, ſed habet experiri in eadem curia eiuſdem epiſcopi: quia vt dignum
f idem debet eſſe iudex[f] iudicij preparantis, ꝛ etiam iudicij preparati: vt hic. quod bene not. ꝛ nota quod hec lex concordat cum. l. incerti. infra de interdi. vbi dicitur quod ſi poſſeſſorium ꝛ petitorium ponantur ſimul, precedere debet poſſeſſorium, ꝛ petitorium ſequi: ꝛ ſubditur ibi quod iſta debent expediri competentibus actionibus, ꝛ quod ex effectu poſſeſſorij apparebit quis debet fungi partibus actoris, ꝛ quis rei
in petito

in petitorio.⁊ qui fu..getur parte actoris,probabit.⁊ qd interdicta ſeu
actiones loco ipſorū non proponuntur hodie cum antiqua ſolennitate
3 ſed ſimpliciter.⁊ hoc dicit lex incerti.¶ † Unde pro intellectu iſtius.l.⁊
illius opp.ſic:nam videtur ꝙ inter poſſeſſoriū ⁊ petitoriū nō ſit aliquis
ordo neceſſarius:qꝛ lege cauetur ꝙ pendente vno iudicio cumuletur al
terum:vt.ff.de acqui.poſſ.l.naturaliter.§.nihil comune.vbi dicitur qd
qui cepit rem vēdicare,non prohibetur poſtea agere vti poſſidetis.⁊.ff.
de vi ⁊ vi arma.l.cum fundum.§.ſi.vbi pendente rei vendi,poteſt inten
tari interdictū vnde vi:vt.ff.quorū leg.l.j.§.qui autē. vbi poſſeſſorium
⁊ petitoriū ſimul intentātur:hic autem dicitur.ꝙ eſt ordo ſtatutus a iu
re quare male:qꝛ non eſt reperire niſi triplex poſſeſſoriū.ſcilicet retinē-
de,adipiſcende,⁊ recuperande poſſeſſionis:vt inſti,de interdi,§.ſeques.
⁊ in quolibet iſtorum procedit cumulatio ergo litera falſa,¶ Sol. dixe
runt antiqui doc.ꝙ ordo.traditus in.l.noſtra intelligit in poſſeſſorio
retinende ⁊ petitorio:non autem in poſſeſſorio adipiſcende vel recupe-
rande poſſeſſionis:⁊ ſic cōcedunt oppoſitū in duobus poſſeſſoriis. Re-
ſtat quod habēt reſpōdere ſolummodo ad.§.nihil cōmune.qui.§.loqui
tur in poſſeſſorio retinende:⁊ tamen videntur ibi dicere ꝙ vtrūq; cōcur
rat.ſ.petitoriū cum poſſeſſorio.ſed iſti reſpōdēt ꝙ ille.§.debet, ita intel
ligi ꝙ iſta iudicia ſimul cōcurrāt reſpectu eiuſdē poſſeſſionis.ſed debet
intelligi ꝙ erat renūciatū inſtātie petitorij:⁊ ideo poſſeſſoriū qd poſtea
proponitur,nō intelligitur cumulari:ſed per ſe ſolū proponi. Preterea,lz
nō renūciaretur expreſſe inſtātie petitorij,videtur tacite renūciari tranſ
eundo ad poſſeſſorium retinende:nam in rei ven, agens dicit ſe non poſ
ſidere:ſed in vti poſſidetis,dicit ſe poſſidere:vnde per cōtrarium actum
4 renuntiat prime liti arg.ff.de mino.l.ſi filius. ¶ † Sed cōtra[a] hoc opp.
a extra de cauſa poſ.⁊ proprie.c.paſtoralis.vbi poteſt de petitorio tranſire
ad poſſeſſorium retinende,⁊ ad quodlibet poſſeſſorium:nec per hoc pe-
titorium tollitur,ſed ſuſpenditur,nec inducitur tacita renuntiatio litis
mote in petitorio. Reſpon.quod illud.c.paſtoralis,loquitur qn̄ agitur
pro iuribus incorporalibus,pro quibus poteſt agi poſſeſſorio:vt inſti.
de actio.§.eque.⁊ ideo nō eſt ibi aliqua repugnantia inter poſſeſſorium
⁊ petitorium:cum vtrūq; competat poſſidenti,id eſt quaſi poſſidēti:qꝛ
incorporalibus proprie poſſeſſio nō reperitur:vt.ff.de acquir. rer. do.l.
5 ſeruus,§.incorporales. ¶ † Sed adhuc opp.⁊ videtur ꝙ etiam petito-
rium ⁊ poſſeſſoriū retinende poſſint cumulari pro rebus corporalibus:
qd probo,primo ex rerū diuerſitate:nam petitoriū reſpicit rem,poſſeſſo
rium vero reſpicit poſſeſſionē rei:⁊ aliud eſt res:⁊ aliud poſſeſſio rei:vt
ff.vti poſ.l.ſi duo in ſi.⁊.ff.quod me.cauſa.l.ſi mulier. Secūdo ex diuer
ſitate cauſe:qꝛ cauſa iudicij realis eſt ius dominij,vel quaſi:cauſa poſſeſ
ſorij eſt poſſeſſio. Tertio ex diuerſitate effectus:qꝛ ſententia lata in vno,
non parit exceptionē rei iudicate in reliquo. Ex quibus differentijs.ſ.in
re,⁊ cauſa,⁊ in effectu,apparet quod petitorium ⁊ poſſeſſorium nihil ha-
bent commune:ergo admittitur cumulatio:nam in iſta ratione fundat ſe
ratio.§.nihil cōmune.ad hoc.ff.de excep.l.ſed ſi ante.in ratione ſui ⁊ ꝙ
no.per Dyn.in.c.nullus pluribus.de reg.iur.lib.vj. Sol.verū eſt qd iſte
rationes nō impediunt cumulationē:ſed alia ratio ſubeſt.ſ.ratio contra
rietatis nā vt dixi intentans petitorium,dicit reum poſſidere:ſed inten
tans poſſeſſoriū retinēde,dicit ſe actorē poſſidere,⁊ aduerſariū non poſ-
ſidere:vnde ratione iſtius cōtrarietatis repellitur a cumulando:⁊ opor-
tet quod iudicia diuidat:ſed ratione ordinis oportet quod prius propo-
nat poſſeſſorium quam petitorium:vt hic. ¶ Ratio ergo contrarietatis
obſtat cumulationi:ſed reiecta cumulatione,ratio ordinis facit vt poſ-
ſeſſorium preferatur:⁊ nō prepoſteretur ſm Ja.bu.in.d.l.incerti. Petr.
b dicit ꝙ ipſe nunquā potuit intelligere[b] quod iſte ſit ordo neceſſitatis.
bene enim verū eſt ꝙ lex conſuluit quod iſte ordo teneatur quo ad ordi-
nandas perſonas petitorij.⁊ rei,⁊ quo ad probationē:non tamen ꝙ hoc
conſilium ſit neceſſitatis,⁊ quod cōtra illum qui me turbat,aſſerendo ſe
poſſidere,ego non poſſum rei vendi.proponere ſm Pet.ſed tu dic quod
precedens opi.verior eſt:qꝛ ſi ego credo me poſſidere pleno iure,non ob-
ſtante quod alius me turbet:ego per calumniam proponerē rei vendica.
que preſupponit aduerſarium meū poſſidere vel detinere:vt.C.de alie. iu
di.l.j.⁊.ff.eo.l.officium.⁊ ideo prius terminādus eſt articulus iſte an poſ
ſideat necne:fateor tamen ꝙ ſi agerē petitorio reſpectu detentationis,⁊
poſſeſſorio retinende:eo quod ille detinendo turbat me in ciuili poſſeſ-
ſione,quod procederet cumulatio:quia diſtinctio poſſeſſionis ⁊ detenta
c tionis excludit cauſam cōtrarietatis[c]:vt no.ff.de acqui.poſſ.l.clam poſ
ſidere.§.qui ad nundinas.⁊ per Dy.in.l.j.§.interdictum.ff.vti poſ.⁊ in-
6 ſti.de actio.§.j.per eundem.Dyn. ¶ † Sed adhuc inſtatur:nam iudi-
cium fami.erciſcun.⁊ communi diuidundo.eſt iudicium petitorium:vt
not.in.d.l.incerti.tamen ſi poſſideo tecum aliquam rem pro indiuiſo ,⁊
me turbas:ego poſſum petere diuidi,⁊ ſuper turbatione tibi ſilentium
imponi.arg.ff.fami.erciſ.l.j. Sol.quoddam eſt petitorium,quod recipit
adminiculum cum poſſeſſione.⁊ illud poteſt concurrere cum poſſeſſorio
retinende:vt ibi. Quoddam eſt petitorium quod non poteſt exerceri a
poſſidente:⁊ tunc ratio contrarietatis impedit cumulationē:vt dixi.C.
Ex quibus omnibus ſic conclude: Aut loquitur in incorporalibus:⁊ p
cedit cumulatio,⁊ poteſt in iudicium omne ius deduci,⁊ petitorij ⁊ poſ
ſeſſorij.ratio eſt,qꝛ per quaſi poſſeſſionem agentis non excluditur peti-
torium in incorporalibus,vt extra de cauſa poſſeſ,c.paſtoralis.⁊.c.cum

eccleſia ſutrina. Aut loquitur in rebus corpora-
libus:⁊ tunc refert:aut eſt petitorium,quod reci
pit ex poſſeſſione fomentum:vt ſunt diuiſoria iu
dicia:⁊ tunc admittitur cumulatio:vt argumen.
in.l.j.famil.erciſcun. Aut eſt petitorium,quod ex
poſſeſſione agentis non recipit fomentum,ſed
impedimentum:⁊ tunc refert ex modo agendi:
d Nam aut agens ſimpliciter agit[d],⁊ ipſe ſibimet
obſtat,tanquā contrarius. Aut ſic diſtincte agit
quod non reſultat contrarietas:tunc procedit li
7 bellus:vt no.in.d.§.qui ad nundinas. ¶ † Sed
e cōtra[e] hoc inſtatur:⁊ videtur ꝙ in nullo poſſeſ-
ſorio admittatur cumulatio petitorij: nam licet
non obſtet cauſa contrarietatis obſtat tamen ra
tio duplicitatis:quia bis eadem poſſeſſio petitur
duobus remedijs:quod eſt inconueniens: vt. l.
quod in heredem.§.eligere.de tribu.vnde Joā.⁊
Azo ⁊ Jac.de are.⁊ multi alij dixerunt quod nū
quam procedit cumulatio:ſed veritas eſt in con-
trarium:vt.C.dixi. Non obſt.hoc argu.quia non
eſt verum ꝙ hic concurrat ratio duplicitatis,cū
iſta iudicia habent ſe vt excedētia ⁊ exceſſa:nam
reale iudicium eſt proprietatis declaratiuum,⁊
interdum conſtitutiuū:vt no.ff.de acquir.poſſ.l.
pomponius.§.ſi is.⁊ eſt perpetuum.non momen
taneum.⁊ in hoc excedit poſſeſſorium:ſed contra
exceditur a poſſeſſorio:qꝛ in petitorio debet pro-
bari dominium. In poſſeſſorio non eſt opus niſi
probare factum poſſeſſorium:qꝛ de facto,non de
iure diſputatur:vt.l.ij.§.j.ff.ſi ſer.vē.⁊ ideo lex cō
ſuluit quod quādo quis non confidit in proba-
tione[f] proprietatis,quod ipſe aſſumat viam agen
di poſſeſſorio iudicio:vt dici tex.in.d.c. paſtora-
lis.qꝛ ergo iſta iudicia habent ſe vt excedentia ⁊
exceſſa,⁊ nō eſt eadem vtilitas cōtrouerſie vnius
ſicut alterius: non eſt verum quod hic occurrat
duplicitas. Adde hic.ff.ſi fa.fur.fe.di.l.j.§.cū plu
f res.vbi dicitur quod ſecundum iudicium ſi ita ſe
habet ad primū ꝙ cōdemnatoria lata in primo,
⁊ exactione ſecuta tollatur ſecūdū ꝙ cumulatio
impeditur:ſed iſtud eſt verū.quādo iudicia ſunt
paria.ſecus ſi habent ſe vt excedentia ⁊ exceſſa.
8 ¶ † Or aduertatis ammodo ad vtiliſſimas.q.⁊
iuxta predicta quero.vbi non procedit cumula-
tio:ſed reus pariter procedi, nūquid teneat pro-
ceſſus: Jaco.butr.tenet i.l.incerti.quod ſic. Tu
dic quod vbi impeditur cumulatio ratione ordi-
nis prelationis, quod ſi nō opponatur exceptio,
procedunt iudicia,⁊ valent:vt ff.de euic.l.ſi man
cipium.§.ſi communi.⁊.j.communi diuidun.l.j.⁊
extra de or.cog.c.cum dilectus. Idem ſi cumula
tio non procedit ex eo ꝙ abſolutoria lata in pri-
mo parit exceptionem in ſecūdo:vt.ff.de excep.
l.generaliter.ſecundum ſecundā lec.gl. Si vero
non procedit cumulatio: quia iudicia electione
tolluntur:tunc aut in eodem libello ſimul propo
nuntur,⁊ procedit iudicium propter culpam non
opponentis.argu.in.l.j.§.quia autem.ff. quorū
leg.ſi autem ſucceſſiue proponātur,procedit pri-
mum iudicium,⁊ non ſecundum:quia eſt funda-
tum ſuper actione iam ſublata per electionē:vt
in.l.vlt.j.de codicil.vnde etiam nemine opponē-
te,iudex non audiet eum qui actionē non habet:
vt no.C.de trāſact.l. vbi pactū .quandoq; impe-
